





[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a list or index of entries.]

o

li-

is

li-

us



[Faint, illegible handwriting on aged paper]




1649.

10. Thomas, Johannes: De superficie.
11. Wurath, Johann Casparus: De jure detractio-
nis et emigrationis
12. Wurath, Johann Casparus: De subjectionis jure
13. Volckius, Joannes: Theoremata medica.

1652.

1. Beckmann, Johannes Bartholomaeus: De magistratu
in genere.
2. Moebius, Godefridus: De podagra.
3. Moebius, Godefridus: De sterilitate senus
utriusque.
4. Richter, Christophorus Philippus: De retractu
lineari.
5. Rolfinck, Guernerus: De ictero flavo.
6. Rolfinck, Guernerus: De phrenitide.
7. Sagittarius, Joh. Christofid: Constantinus magnus,
Imperator Romanus.

- 7^a
3 Schaevus, Henricus: De calculo renium.
8. Schelhammerus, Christophorus: De cabalepsi
9. Struve, Georg Adamus: De jure domicilii
10. Thomae, Johannes: Cupidam legum juventutem ad
institutions lectiones... invitet
11. Thomae, Johannes: De concessa litigiosi alienatione.
12. Thomaeus, Johannes: De revocanda et punienda
litigiosi alienatione.
13. Thomae, Johannes: De monopolis
14. Thomae, Johannes: De commodato
- 15^a & 16 Thomae, Johannes: De nundinis. 2 Excerpt. 1650
i 1724... ad 1724. accessit: Joh. Jac. von Rysell:
De eadem materia pro. in aug. 1692 habita.
16. Thomae, Johannes: De mutuo.
17. Thomae, Johannes: De fructibus.
18. Ungepaerer, Erasmus: De contritione venditione



1649, 2
2/1

^{1.}
D. O. M. A.
DISPUTATIO MEDICA
INAUGURALIS,
DE
RHEUMATICO
AFFECTU,

Quam
Gratiosissimi Senatus Medici in Universitate
Jenensi auctoritate,

PRÆSIDE
VIRO

Nobilissimo, Amplissimo, Exepientissimo, &
Excellentissimo

DN. GOTHOFREDO
MOEBIO, Med.D. & P.P. famigeratissimo,
Electoralis Brandenburgico, & Archi-Episcopali Magde-
burg. Archiatro Eminentissimo,

Domino, Patrono & Promotore suo observando,

Pro impetrandis Honoribus & Privilegiis Do-
CTORALIBUS,

More usitato, solenni Eruditorum examini subijcit

CHRISTIANUS BUNCKE

HAMBURGENSIS.

D. 21 Decembr.

Loco & horis consuetis.

JENÆ

Excudebat GEORGIUS SENGENWALDUS

ANNO M. DC. II.



KÖN. PR. FR.
UNIVERS.
ZV HALLÉ.





D. O. M. A.



Non minus scitè quàm verè Divinus *Plato*:
Rerum similitum dissimilitudo, & dissimilium simili-
tudo etiam Prudentissimis imponunt. Quod Sapi-
entissimi omnium mortalium effatum, si in ali-
quâ disciplinâ aut arte verum censeretur, in
Medicinâ certè artium nobilissimâ, quæ hinc
quodammodo conjecturalis dici posset, verissi-
mum esse, rerum magistra experientia & quotidianus usus con-
firmat. De *Colico dolore* aliquando *Nephriticum*, & de *Hepatitis*
Pleuritidem mentiente, aliisq; morbis alteriq; faciem induentib;,
res plana est. *Rheumatici* verò affectus cum *Catarrho*, *Arthriti-*
de, & maximè *vagâ illâ Scorbüticâ*, & *Lassitudine* qualicunq; fami-
liaritas & consensus æquè planus, Medici in artis operib; vel ver-
satisimi iudicium, circa horum affectuum dignotionem, nō ran-
tum ambiguum reddit & difficile, sed sæpenumero fallit.

Affectus ille peculiaris & sui generis morbus, an veteribus
omni ex parte perfectè cognitus fuerit, meritò quis dubitet; cer-
tè non ignotus planè illis fuisse videtur. Ab *Hippocrate* quidem o-
mnis Medicinæ Parente adumbratur *l. 2. Prophet.* sub nomine do-
loris & tumoris, qui circa articulos fit & non sedatur *Podagrici* co-
more. Et *l. de intern. affect.* sub voce articularis doloris, qui junio-
res potius, quàm Senes infestare solet. Item *l. de loc. in hom.* *Gale-*
nus, genuinus Præceptoris genius, illius multis meminit in locis,
& maximè nomine τῆς Ἀρθρίτιδος ἢ ῥευματικῆς, quam Interpretes
ubiq; ferè Rheumaticum affectū interpretantur, scil. *l. 2. ad Glauc.*
l. 1. de loc. aff. c. 4. comm. in l. 5. aph 58. l. 1. κατὰ γένν. &c. Omni-
um verò optimè describitur *lib. de curandi ratione per sang. miss. c. 8.*

Naturam illius exprimit *Franciscus Portus* in *Medic. decad. l. 2.*
c. 13. his versibus:

Affectum dic Rheuma; calorig, dolor, repente
Sic cadit in membrum. Parit hoc qui defluit humor
Partibus è superis, Cerebrum, Pulmone, Liene

A 2.

Seu

*Seu jecur exstiterit, valido quæ robore quicquid
Stagnat in his, procul effundunt ad infima quæq;
Præcipuè in validas, velut est caro, glandula, partes.*

Morbus ille, apud antiquos ferè anonymus, ut olim Romæ fuit frequens, sic jam à multis retro annis *Luteriæ Parisiorum* familiaris est, hodieq; frequentissimè sævit & grassatur, uti ipsimet sæpius ibidem observavimus. A nemine hæctenus ex professo descriptus cœpit superiori seculo excellentissimos quosdam Medicos Parisienses sollicitos facere. Qui sicut accuratissimam suam medicinam, Hippocratis & Galeni veram sobolem, venerandæ Antiquitati acceptam referunt; ita non defuerunt, qui ex illâ etiam *Rheumatismi s. Rheumatici affectus* naturam eruere allaborarint. Primus, quod sciam, glaciem fregit *Guilielmus Baïlonius*, qui *Examen*, ut vocat, *duorum morborum, qui ab antiquis non sat abundè sunt explicati & definiti, Prior Rheumaticus affectus & ἀπόνευσις ἔξω, alter Pleuritis dorsalis dictus.* A. C. 1588 instituit. Qui libellus nunc demum ante annos sex lucem vidit, curâ nepotis *Jacobi Thevarti Doctor. Med. Paris.* Post hunc eundem *Fr. Portus l. c. cap. de Rheumatismo*, licet non ita feliciter & breviter admodum, descripsit, aliaq; ad illius cognitionem non parum juvantia in theses quasdam in Scholâ Medicâ Parisiensi pro more ventilatas congegesserunt alii, quos nuper admodum *Medici Monspelienses* secuti sunt in *observ. medic. & curat. insign. Lazari Riverii, cent. 1. obs. 49.*

Delibata ex hisce & ex familiari circa hoc argumentum habito colloquio cum nobilioribus Medicis Parisiensibus, quos inter *Illustrem Guidonem Patinum, raræ & multivarie eruditionis virum & Prædicum insignem, amicitia nostræ maximum ornamentum, honoris gratiâ nomino, cum Parisiis non ita pridem degerem, multaq; morborum monstra spectarem, studiosissimè observata, uti adhuc in memoriâ ferè recenti habeo; ita illa methodo hîc loci receptâ &, ut dicam verè, convenientissimâ, concinnata Publico communicare non erubesco, si fortè labor meus, quem D. O. M. secundet, ad pleniorum Rheumatici affectus cognitionem aliquid lucis conferre, & ægrorum saluti prodesse possit.*

Ρ*εῦμα, ρευματισμός, ρευματινὴ Ἀγβεσις, sicuti verbo ρέω quod est fluo, vocis originem debent, ita generali vocabulo omnem denotant fluxionem, sive illa à partibus superis in inferas,*
aut

aut validis in infirmas, aut continentibus in contentas fiat. videatur *Galenus l. 2. de differ. febr. c. 11.* quo prolixè explicat, quomodo ex fluxionibus humorum morbi generentur, & alibi. Hâc ratione hæ *Διήσεις Catarrhi* in latissimâ significatione, 3. aph. 12. designantes omnem defluxum humoris à cerebro in partes subjectas, vocari possunt. Quò respicientes authores, qui de *Catarrho* peculiare conscripsere commentarios, *Sebastianus Paparella*, *Andreas Laurentius*, & *Johannes Vigirius* modò *Catarrhi*, modò *Rheumatismi* appellatione utuntur. *Caspar Hoffmannus* Norici quondam *Lycæi* non ignobile decus illas & *Διαδέξεις*, ἢ *Διαδοχὰς καὶ ἀποσκήματα*, ἢ *ἀποσκήψεις καὶ ἀποσήματα* ἢ *ἀποστάσεις* vocatas fuisse apud veteres ex 2. in 6. *Epid. 28.* affirmare audet in *institut. medic. l. 3. c. 103 §. 1* Commune igitur omnium fluxionum genus *Rheumatismus* salutari potest, qui prout à parte quâdam Principe ut authore suo promanat, varias constituit species, quæ omnes propriis nominibus discerni solent. A capite n. ortus *Catarrhus* dicitur, qui pro partium, quas affligit, varietate, varias rursus denominationes, *Ophthalmia*, *Coryza*, *Otalgia*, *Odontalgia*, *Angina* &c. fortitur. Et verò omnes fluxiones à capite oriundas esse imperitum Medicorum vulgus somniat: eò fortè persuasum, quod cerebrum quidem præ cæteris humani corporis partibus pituitosa & serosa excrementa tam copiosè coacervet, & cucurbitulæ instar attrahat; omnium tamen promptissimè suo se onere liberare & noxiorum humorum colluviem in subjectas sibi partes ablegare queat. Cæterum aliter senserunt Antiqui, id quod vox *Διήσεως πνευματικῆς* indicat. Hinc *fluxum hepaticum*, *lienosum*, *fluxum alvi*, *Dysentericum*, *uterinum* &c. dicimus.

Verum enim verò licet nomen *Διήσεως πνευματικῆς* sæpe sæpius apud *Galenum* reperiatur; non tamen ubiq; certò constat, quid illo significetur. Propriè quidem ex ipsius *Galenus* doctrina ita appellari debet: quando pars fluxione diu tentatur, vel præ imbecillitate quâdam pravos humores aliunde influentes facilè recipit, eosq; contracto jam malo habitu corrumpit, ut infra plurib. dicitur. Atq; hoc sensu nos quidem vocem illam impræsens considerabimus, *Galenum* secuti, qui illâ non tam fluendi modum, quàm ipsam fluxionem & ipsius partis affectionem denotare videtur,

detur, illam fluxionis speciem intelligentes, quæ fit ab internâ & principe quadam corporis parte in partes ut plurimum externas, in habitum nempe corporis, in musculosum & quandoq; nervosum genus, medios artus, & ipsos nonnunquam articulos, aliquando etiã in internas, ut cum hepar in uterũ aut intestina &c. sese exonerat. Hanc communi Rheumatici affectus s. Rheumatismi nomine, quam impropiè, quod cum G. Ballonio l. c. libenter concedimus, donabimus; vocemq; generis retinentes, Speciei, cui commodius nomen à Doctoribus hætenus inveniri non potuit, accommodabimus.

Quò ipsò patet *Catarrhum* malè dici, qui κατ' ἐξοχὴν destillatio est à capite, utcunq; æquè impropiè catarrhus in partes externas salutari posset. Qui morbum nostrum non ita perfectè noverunt *Arthritidem universalem* vocant, ut dicunt Medici Parisienses, quod in omnes promiscuè articulos cadat, licet omnes simul affici non sit necessarium. Quod enim *Arthritis* est in aliquâ parte, id *Rheumatismus* est in toto corpore, dolore acerbissimo, arthritico nõ dissimili, miserrimè afficto. *Michael Marescotus* magni nominis superiori seculo Parisiensis Medicus Ναυτίωσιν τῶν Φλεβῶν, *nauseam scilicet venarum* appellare solitus est, notante F. Porto l. c. Venæ enim & maximè arteriæ sanguine impuro & ichoroso repletæ & inde nauseabundæ, eundem in partes, quas imbecilles, & ad suscipiendas fluxiones aptas inveniunt evomunt. Desumpta videtur hæc appellatio ex Hippocrate l. de fractur. quem eleganter in *Oeconomiam* explicat *Anutig Foesius*: Ναυσιώσεις, inquit, Φλεβῶν dicuntur Hippocrati, venarum nausea, hoc est, sanguinis ex venis refusiones, cum vena velut nauseabunda sanguinem effundunt aut evomunt; eleganti certè translatione, à vomiturientibus petita, quasi venarum nauseabundarum refusiones dicas, quas etiam Hippocrates ἐκχυμώσεις vocat. Testatur idem in comment. 2. in lib. de fractur. Galenus: Ac fere, ait, quas antea ἐκχυμώσεις h. e. exsuccationes vocavit, eas nunc ναυσιώσεις h. e. nauseas dicit: cum vena sanguinem effundunt, & veluti vomitione refundunt, tum ex propriâ imbecillitate, quam ex inflammatione contraxerunt, gravatæ; tum ex ipsius sanguinis copiâ & pravitate. Quæ quidem vox adeò placet Ballonio, ut eam vel retinere, vel ἀπόσπιν quandam nominare malit. Quem improprie,

proprie, inquit, l. c. ῥευματισμὸν, melius δ' ὀψισιν quandam voca-
bimus, aut ναυτίωσιν τῶν Φλεβῶν, donec aptiora nomina sese nobis of-
ferant. Tamen id quicquid est in hoc affectu, inquam, totius corporis,
maximèq; externi est dolor ὀσσεόποσ, membrorum artuum & arti-
culorum molestus sensus, ac si arthritis universalis esset. Sic fit in habi-
tum corporis περιβολή, ἐκ χειρὸς, περιφορὰ, σωτήρις μετὰ ῥύσιν,
δ' ὀψισιν, ῥευματισμὸς δ' ὀψιν, quia humor in habitum fluit &
fluendo irrigat. Sed cum etiam hæc vocabula plena sint ambigui-
tatū, & æquè latè pateant, placet cum Medicis Parisiensibus com-
mune Rheumatismi sive Rheumatici affectus nomen retinere. Cu-
jus definitionem exhibemus talem:

Rheumaticus affectus est ichoris pravi & acris, ex
organorum sanguificationi inservientium, in primis he-
patis, in temperie calidâ generati in habitū corporis ex-
ternum cum dolore ὀσσεόπω vago & succedaneo, calo-
ris & totius corporis gravitatis sensu, nonnunquam
ejusdem in internas partes exoneratio.

Genus definitionis est ichoris acris in habitum corporis exo-
neratio, subinde innuens, affectum nostrum ad Symptoma tertii
generis in excretis mutatis referendum esse. Immodicè enim hu-
mores excrementitii in partes influunt. Immoderationem verò
hanc in excretis præcessit aliud Symptoma, lesa scilicet viscerum,
præcipuè hepatis actio in sanguine laudabili & benigno generan-
do, quæ morbum intemperiei ejusdem calidæ sequitur. Integrum,
cuius est eundem in classem morborum organicorum & quidem,
conformationis in viis laxis ascribere, ad quam omnes humorum
fluxiones, cum anastomosis quandam cum amplitudine ipso-
rum vasorum conjunctam præsupponant, C. Hoffmannum referre
video in instit. med. l. 3. f. 4. c. 60. §. 3. c. 103. §. 2. Licebit quoq; re-
spectu doloris à materiâ acri membranofum genus divellente So-
lutioni continui illum annumerare.

Essentia & legitima Rheumatici affectus ratio in eo consistit,
 quod corpus universum eâ impotentia habitualiter sit affectum,
 ut ubi Princeps aliqua pars pravo quodam humore gravetur, ex-
 pultrice cujusvis facultate irritatâ eundem in habitum corporis,
 muscu-

musculosum & nervosum genus exoneret; ex quo factâ subinde humoris à parte in partem translatione dolor simul membrorum ὄρε ὀκροπ & vagus cum gravitatis & caloris quodam sensu enascitur.

SUBJECTUM, partemq; affectam consideraturis, ut in omni humorum fluxu, sic in Rheumatismo ad partem cum mandantem tum recipientem, itemq; ad spatia, per quæ fit, respiciendum. Pars mandans sive focus hujus mali à nonnullis caput habetur, existimantibus, cerebri excrementa extra cranium sub cute verticis collecta in externas corporis partes, quas aut ob situs oportunitatem, aut ob imbecillitatem excipiendæ fluxioni magis aptas deprehendunt, ut in oculorum partes externas, in maxillas, in dentes, in cervicem, in scapulam, in brachia, in latera, in dorsum, in coxendicem, in crura, in omnes deniq; articulos diffundi; Quæ destillatio externa causa omnis arthritidis, omnisq; ferè doloris externi, qui sine manifesto tumore est, à Fernelio statuitur. Utcunq; verò non negandum, magnam serosi humoris portionem è capite, in quod scilicet innumera vasa finiuntur, in articulos secundum tendines gliscere & irreperere ut patet ex Hippocr. non tamen arbitrandû, cerebrum universalem nostram illuviem fundere; sed rectius & majori jure accusari organa sanguificationis præcipuè Hepar, fontem aliàs tam gratiosi & alibilis humoris juxta Gal. ut ita unde Vita, hinc & perniciës toti corpori communicetur. Hepar enim fervidum ad sanguinem tenuiorem, calidiorem, & ichorosum generandum plurimum facit, qui alendis partibus minimè cõveniens, magis verò magisq; in vasis coacervatus, tandem repagulis ruptis solutus rivuli instar exsilit & in partes hinc inde sese exonerat, totumq; adeò corpus insigni imbecillitate & molestiâ afficit. Non tamen inficias eundum, multum quoq; huc aliquando conferre Ventriculum imbecilliosem & frigidiosem, atq; ita minus rectè munus suum in primâ coctione obeuntem; Mesenterii item & Lienis vitiû, Renum deniq; infarctus & in separandâ à sanguine laudabili ichorosâ parte segnities. Interdum etiam absq; hepatis & reliquorum viscerum culpâ, pars externi habitus, carnes scilicet, muscoli, & articuli ex debilitate, intemperie & vitiò aliunde contracto, Rheumatico affectu affligitur, cum non humorem tantum proprium motum & calefactum, sed & illum, qui

qui in ipsius alimentū venire debēbat, corrumpit. Quò facit *Hippocr.* l. de loc. in hom. Labor, inquit, & dolor, cum à carne humiditas fluxerit vitiosa. Supple, secundum *Ballonium*, in articulos.

Probabile vel inde est, præter vasa sanguiflua & maximè arterias, in quibus aliàs tenuis & calidus sanguis, copiosiore sero perfusus, atq; hîc magis colliquatus, acris & ichorosus continetur, inanes carniū meatus, & poros, spatium, per quod humores peccantes in partes sese exonerant, dici posse; licet non verosimile esse putet *Carolus Piso* l. c. cum articuli, & partes circum articulos solidæ densæq; ex se, compactæ, strictæq; admodum sint, materiam minimè per partium poros, inaniaq; spatia decurrere, & pervadere compagem partium ita strictarum, sed per vasa patentia in cava articulorum venire.

Pars recipiens fluxionem est universum corpus, maximè externus illius habitus, qui partium principum onus promptissimè suscipit. *Partes imbecille*, inquit *Galenus* l. de curandi rat. per sang. miss. c. 8. excrementitiis morbis capiuntur: hac ratione τὰς πρὸς πρὸς ἀλλήλους ἄσθ. δέσσει, fieri scito, universo corpore imbecillo existente, quæ unà est aliqua καχεξία, id est, mali habitus species, principibus illius partibus, licet in iis paucus sit sanguis, gravari solitis, eundemq; ad carnosas juxta cutem partes protrudentibus, & magis ad glandulas &c. Et paulo post: Quibus pulmo, lien, & cerebrum carnosogenere naturæ sunt robustiora, iis ad glandulas & carnes fluxiones perveniunt, cum præsertim universus corporis habitus imbecillus fuerit, ut ἐν τὰς πρὸς ἀλλήλους ἄσθ. δέσσει. Affectus Rheumaticos interpretatur *Theodoricus Gaudanus*. Inprimis autem musculosum, & quandoq; nervosum genus, artus medii, & articuli sero & sanguine pravo proluuntur. Ex his genua maximè affligi observatur.

Non raro etiam internæ partes Rheumaticam dispositionem incurrunt. Id quod de intestinis *Galenus* l. 1. de loc. aff. c. 4. testatur. Idem rheumatismi thoracis lib. 4. de typ. mentionem facit, ubi describit febres quotidianas, quibus diutius durantibus Rheumatismum supervenire, asserit. De utero l. 5. aph. 57. cum loquitur de fluxu mensium immodico, idem affirmat. Fieri, inquit, potest, si ora vasorum ad uterum pertinentium plus aequo aperiantur, & si sanguis vel calidior, vel tenuior fiat, & totum corpus ob aliquem pra-

B

VINE

rum habitum gravetur sanguine, licet suam symmetriam copiâ non excedat, expellit. ideo ad venas uteri, ut accidit ἐν τοῖς περὶ μάλιστα Διό-
Σέστοι, in quibus aliâs in aliam partem fluxus fit, fieri potest, inquam,
ut immodica mensium sit evacuatio.

CAUSA CONTINENS PROXIMA est ichor acris, calidus, tenuis, biliosus. Ichor propriè & in corpore spectatus dicitur de cuiusvis in massâ sanguineâ contenti humoris parte tenui, fluxâ, serosâ & salinâ; quæ à quatuor illis humoribus quatuor differentes obtinet appellationes. Hæc cum sero lactis similis sit & respondeat ex Gal. 2. de elem. 2. Ichoretiam apud authores Serum dicitur; ut ad eò Serum & Ichor ferè Synonyma habeantur. Ichor vel mitis, vel acris est; utrumq; indigitat Aristoteles 2. part. 4. ichor, ait, est aquosum quid sanguinis, sive id fiat, quod sanguis nondû sit perfectè coctus, sive quod post coctionem corruptus sit. Illum factâ distinctione mitem, hunc acrem vocat C. Hoffman. collect. de ichoribus. Mitis fit à diminutâ sanguificatione, dum calor non rectè conficit alimentum ab hepate attractum. Sic enim Aristoteles 3. part. 5. Est sanguis ob inconcoctionem dilutior, cû calor, qui in venis appensusq; visceribus tam paucus est, ut percoquere non possit. Acris, qui hîc maximè consideratur, à facultate acri & mordaci dictus, fieri creditur, dum calor sanguinem colliquat & dissolvit. Colliquatio illa humorum quid sit, & quâ ratione fiat, difficile est ex authoribus elicere, apparebit verò ex jamjam dicendis.

Remota causa continens est læsa sanguinis generatio, à viscerum ipsi. inservientium, & hepatis maximè calidâ intemperie. Exæstuantia viscera, hepar quidem ex annotatione Galeni in arte parvâ, lien verò ex C. Pisonis l. de morb. à serosâ colluvie, aliorumq; observatione potulenta intemperanter attrahunt, vel, ut Fr. Vallesius explicat, ob calidâ siccam intemperiem, aquam à reliquis succis fortiter exprimunt. Quomodo autem serosus humor varias patiat alterationes, & præcæteris fervorem induat, sive à calore in nobis actuali, sive ab externo qualicunq;, idem Piso l. c. egregiè declarat. Effervescit enim serum, si quando calorem ipse sanguis alienum patitur: Jam verò effervescens aqua haud quam propriis contineri potest conceptaculis, sed huc illuc perfluit, despumat, & longè latèq; exundat. Et, cum fervor ille maximè cir-

mè circa præcordia, ubi fons nativi caloris, viget, necesse est, quò versùm serum effundi, primùm in insignes rivos, tum ex his in minores, tandem in partes ipsas, in quibus vasa extrema ultimò desinunt. Rapitur verò in partes tum per se, tum simul cum ipso sanguine, bilioso maximè; per se, quoties fervorem concepit levem, qui immixtum sanguinem nondum fermentare & calefacere possit; cum sanguine, si hunc semel fervere contingat, à calore sc. majore, fervore concepto, quod sanguini tenui & bilioso maximè est familiare. Quanquam verò serum cum sanguine coeat; tamè, quia non nisi imperfectè illi miscetur & confunditur, suâ naturâ liquidum & fluxile, à sanguine crassiori facilè secerni potest; & eò quidem faciliùs, cum in vasis p. n. effervesceat. Atq; hæc seri, sive ichorosæ in sanguine partis ab ipsius crassamento separatio, beneficio fervoris, nihil aliud est, quàm ea ipsa colliquatio, quâ ichorem acrem fieri modò diximus.

Itaq; quia humor peccans acris est & mordax, partes quas occupat, pungit & lancinat, doloreq; acerrimo afficit. Idem quia calidus est, fluxilis & tenuis, ab una ad aliam partem subito decubitu transmigrat, & dolorem per totum corpus vagabundum infert. Copiâ & quantitate si peccet, pistillo quasi tundit, motus difficultatem parit, partemq; in tumorem quendam dolorificum attollit. Et licet ille in nonnullis nō sit immodicus, quantitate suam symmetriam retinens, nihilominus tamen partes gravat *ex Gal. l. c.* Id quod tum partium fluxiones recipientium debilitati, nam & imbecillo homini pondus exiguum oneri est, tum vitio humoris ascribendum. Prodit illud administrata phlebotomia, quæ sanguinem planè putrem & in serum quoddam qs. putre resolutum exhibet.

Nec verò semper humor ob æstum viscerum, sanguinis generationi inservientium, præsertim hepatis, liquefactus peccat; sed ipse interdum corporis habitus causam morbificam sinu suo fovet, proprio humore calefacto, moto & putrefacto. Constat enim *ex Hippocrate* omnes cavitates, & inania musculorum spatia ichore repleti, nervos etiam & ligamenta mucum quemdam continere, qui, si laudabilis est, aptè & sine dolore movetur, si pravus & vitiosus, multas creat molestias. Huc respicit *Joannes Riolanus F.*

Senex ipsa canitie venerandus, in enchiridio anatom. & patholog. Car-
nes, ait, cum sint porosa & musculoſa, inania habent ſpatia, qua in ſanis
ſpiritu & ſanguine, in agris verò ſero & flatu replentur; unde fluxio-
nes ſive rheumatismi per univerſum corpus, & morbi cutanei. Et verò
eundem humorem, qui in cutim cutaneos affectus egerminat, &
excitat, Rheumaticum etiam affectum promovere poſſe, affirmat
l. c. Ballonius.

CAUSA ANTECEDENS est quicquid calidam hepaticam con-
ciliat intemperiam, quæ vel à partium vicinarum caliditate, ut
fit in febribus à calore cordis, earundemq; eryſipelate & inflam-
matione; vel à rebus non naturalibus, aſſumendis, retinendis,
expellendis, & foris incidentibus, quæ calefaciendi vim obtinent,
ut ſunt alimenta & medicamenta inſigniter calefacientia & c. pro-
duci poteſt: Quicquid item cor præter modum calefacit, & hinc,
calefacto ſanguine, ſerum in ipsis vasis efferveſcere facit. Cum pri-
mis verò Rheumatico affectui obnoxia ſunt corpora, cum valde caco-
chymica, tum plethorica, ſero ſc. multo, & bile abundantia, præſer-
tim cum purgata non fuerint. Multivariâ experientiâ comper-
tum eſt, eos, qui febribus ſynochis putridis corripi ſolent, facile flu-
xiones noſtras experiri. Jam verò ex Galeno lib. 11. meth. c. 14. no-
tandum venit, quod ab his corpus non prehendi ſolet, niſi flo-
rens, juvenile, & multi admodum ſucci & viribus præditum. Fa-
ciliùs in Rheumatismum incidunt, qui morbis Chronicis decumbunt,
cum illi falſa, aut præcipiti criſi videntur ſolvi, qui tamen, novo
ſuperveniente affectu, ſuperſunt, & exacerbantur. Scilicet imper-
fectâ veluti criſi humor morbificus, ſudoris futura materia, mo-
tus, & non promotus, mediisq; quaſi membranosis viis ſubſiſtens,
in articulis, imò in toto corpore horribiles cruciatus excitare no-
vit. Quod infortunium Quartana febre laborantibus ſæpius ob-
veniffe Medici Pariſienſes in faciendâ arte exercitiffimi refe-
runt. Idem Quotidianâ contumaci & diuturnâ afflictis evenire
poſſe Galenus l. 4. de typ. confirmat. Obſtrueto verò liene, malignum
humorem ichoroidem generatum, & in varias corporis partes dif-
fuſum, fluxiones illas, quas Rheumatismos appellamus, creare poſ-
ſe, dicit alibi idem Riolanus l. c. Symbolum ſuum confert quo-
que ſuppreſſio conſuetæ & ſolite evacuationis, menſium ſc. pleonexiam
fero-

serosam augendo, & *narium*; si nempè hæc in pueritiâ frequens fuerit, & postea ætate crescente cessarit, uti testimonio satis luculento probat *Divinus Hippocrates. Libro* namq; 2. *prorhet.* quo loco affectû nostrû adumbratum esse, supra monuimus, ita scribit: *Quibus circa articulos dolores fiunt & tumores, & sedantur non podagri o more, in eis comperies viscera magna, & in urina subsidentiam albam &c. fit autem,* pergit, *hic morbus in iis, quibus in pueritiâ & juventute sanguis ex naribus fluere solitus desit.* Et verò hanc in *Comite Andegavensi* vidit *G. Ballonius.* Deniq; ad *internas causas* referenda est ipsius partis imbecillitas, quomodocunq; illa sit contracta, hæc enim fluxioni patentes aperit fenestras.

Inter causas externas agmen ducit *error in victu* commissus. Ex pravo n. victu nata diathesis, quæ visceribus impressa, non rarò multos annos latet, dum progressu temporis pedetentim succrescentes vitiosi humores tandem, levi accedente irritamento, erumpunt. Hinc ortam primùm dysenteriam, quæ tandem in universalem arthritidem, Rheumatismo ferè similem, degeneravit, observavit *Augustinus Thonnerus, Phisicus Ulmenensis in epist. ad Horst. p. 2. l. 3. observ. 10.* Nec novum est, hepar & lienem, intemperanter calidum, serosum & salsum in cibis succum attrahere, in primâ coctione aliàs excerni solitum, qui sanguini permistus multum ad *Rheumatismum* confert. *Nimia repletio & alimentorum immodicus usus; nimia item & immoderata corporis exercitatio* utramq; hic utrobivis faciunt paginam. Orus hinc est *Rheumatismus* contumax & biennalis, observante *Riverio obs. cit.* Cum enim sanitas in symmetriâ quâdam & proportione ciborum, & laboris consistat, notante *Hippocr. lib. de diet.* hinc, si cibus laborem superet, facilis est in morbum casus; sequitur enim, inde repletio & ex hac plethora; præsentem autem repletionem, incapax corpus novum alimentum non admittere potest, quia vetus partium alimentum seu excrementum novum non recipit. Hinc necesse est, ut fiant *διονευσες* in interno ipso corpore, unde peripneumoniæ, pleuritides, destillationes &c. E contra si labor superet cibum, & exercitationes sint nimix & violenter factæ, maxima sit carnis, & humidi substantifici dissipatio, natura ad centrum corporis amandat materiam, aut materia in ipsis carnibus,

musculis, inanibus locis, nervis, in toto deniq; corporis habitu commota effervescit; ex qua fit ejusdem colliquatio, Tragædiæ nostræ veluti actor quidam: Minimum verò excrementi vitiosi excernitur, quod in corpore permanens, succos bonos alterat & corrumpit; unde mala consequitur nutritio, & fluxionibus præbetur orvasio. Hinc Hippocr. l. de diet. Plus est, quod de carne colliquatur præ labore, quàm quod expurgatur præ circuitu. Augetur hoc malum vini meracioris potu largiori, & medicamentorū acrium præsertim intempestivo usu; ex quo diathesis Rheumatica intestini ap. Gal. l. 1. loc. aff. c. 4. Nutritur otio, torpore, austrinâ aëris constitutione, & aquiloniâ soli naturâ. Excitari item potest animi affectionibus immoderatis, maximè verò iracundiâ; ex quâ fit *Ἐχύμωσις* illa Hippocratis, quæ est succorum aut humorum in partem refusio, & naturalis quædam effusio, quâ sanguis & spiritus unâ cum calore in corporis habitum revocantur. Quod ut fiat in perfrigeratis, decoleratis, & emaciatis, iracundiam præcipitem & acerbam inducendam consulit. l. 2. Epid. Ea autem hîc aliquando nocere, aliquando prodesse possit. Nocet, materiâ ad fluxionem incitatâ, quæ partem aliquam, maximè si imbecillem offenderit, labefactare queat; Prodest caloris & spirituum ἀθρόως affluentium efficacîâ, quæ in dissipandis materiis, aliquandiu p. n. in partibus nervosis atq; musculosis latentibus, non levis est. Hinc præfectus quidam militaris, diuturno brachii dolore afflictus, cum fortè, in iracundiam effusus, refractarium & petulantem militem verberibus tractaret, doloris sui oblitus, ab eo tempore per multos annos nihil quicquam istius amplius sensit. Vide observ. 8. part. 2. l. 3. Horst. Tandem ad Rheumaticum affectum conferunt omnia, quæ serosam colluviem in corpore accumulare possunt; quorum alia sero generando, alia jam generato retinendo, & naturalem ejus evacuationem supprimendo inserviunt. Prioris census sunt, cibi & potus immoderatus usus, hepatis & lienis calida, ventriculi verò frigida intemperies, exercitia immodica, tempus hybernū &c. Posterioris, obstructio meatuum naturali seri excretioni dicatorum; sive ea fiat sensibiliter per renes, sive insensibiliter per habitum corporis; illam impedit renem obstructio, hanc carnosâ corporis moles, poros cutis plurimum implens & infarciens: Ex quâ cutis & habitus densitas, cujus ratione fuligines

nes ex massâ sanguineâ, ex se calidâ, exspirantes cohibentur. Densitatis cutis externa causa est frigus corpora astringens, si præsertim poros apertos, à prægressu æstu, offendês, penetraverit altiùs. Hinc est *Rheumatismus* ille universalis, omnes propemodum corporis articulos infestans, cum febre assiduâ, & summâ urinarum cruditate, in quodam nobili, qui, æstu insigni vigente, in itinere calefactum corpus in gelidum fluvium immerferat, à *Riverio* observatus *cent. 3. obs. 41.*

His per spectis considerandus venit *modus, quo ichor ille pravus & acris, laborem faciens, in partes influat, & tam celeri raptu de hâc in aliam deferatur.* Nimirum idem hîc fieri dicendum, quod in omni humorum translatione fieri consuevit. *Vel enim humor in vasis collectus, suo apte impetu motus, subito in membrû, profitu partis, & arteriarum dispositione irruiat; cum, quod sæpè fit, ob copiam suis conceptaculis contineri non potuit, ruptis aperitisq; osculis. Vel pars quædam irritata humorum vel qualitate vel copiâ, insurgente facultate expultrice, onere suo se levat, & quod molestum est, aliò propellit.*

Duabus autem rationibus à Gal. notatis dispositio Rheumatica in parte quâdam confirmari, & malum habitum contrahere potest: *Vel quòd pars diu ac multùm fluxione illâ tēretur, l. 2. de different. febr. c. 17. Si desinat fluxio (ut jam in partem imbecillum nil descendat) quia calor malus partis desinit: & dispositio partis suscipientis fluxionem permoveat, idem suscipienti parti, quod & mittenti prius conveniebat, accidit. Nam excrementa colligit, & quia pravus in eâ collectus sanguis, & quia debilis est: adeò ut ònus potius sit sanguis in eâ contentus, quàm alimentum.* Nempè hoc est in *πευματικῆν Ἀσθενίαν* devenisse: Corruptio, quæ prius erat per modum fluxionis, nunc est per modum generationis, in parte ipsâ imbecillâ redditâ: nec solum id ab excremento collecto fit, sed etiam ab alimento ipso partis, quod corrumpitur ob vitium vetus, contractum à diuturnâ defluxione. *Vel quòd pars præ innatâ, aut adventitiâ imbecillitate (non autem ratione diuturnæ fluxionis, ut modò diximus) humores aliunde influentes facillè recipere, eosq; corrumpere apta nata sit.* Quem modum *Gal. l. 1. d. loc. aff. c. 4.* probat exemplo illius, cui ex usu medicamenti, quod ad
eva-

evacuandos acres humores sumpserat, intestini vitiabatur, ita ue jam in Rheumaticam deveniret dispositionem, proptereaq; facile jecoris excrementa in se reciperet eaq; corrumperet. Qui Rheumatissimus præ reliquis valde contumax est & diu perseverat.

Ex dictis colligitur DIFFERENTIA. Primò ratione generis, *Rheumatismus alius* est recens, benignus, mitis, simplex, sine ullo morbo Chronico præcedente, vel alio concomitante: *alius* est inveteratus, malignus, sævus, contumax, complicatus cum aliis affectibus. Secundò ratione subjecti, *alius* est *externus*, habitum corporis externum occupans, & *vel universalis*, ichore pravo in omnes partes effuso, & modò in hanc, modò in illã translato; *vel particularis*, materiã in certam aliquam partem, in qua diu confidet, depositã, sive sit musculosum, sive nervosum genus, sive artus medii, sive articuli: *Alius est internus*, sive is sit ab hepate in pulmones, intestina & uterum, &c. sese exonerante, sive ab humore ab exterioribus ad interiora revocato. Secundò ratione *materiæ morbificæ*, *alius* est ab ichore corrupto & acri, ab interiore corporis ad illius ambitum amandato, *alius* ab humoribus in ipso habitu contentis, sed corruptis.

Sequitur differentia ab affectibus congeneribus. *A Catharro*, sive ille in internas, sive externas partes cadat, differt cum ratione foei, cum ratione symptomatum, utrumque concomitantium, doloris præcipue per totum corpus vagabundi. Qui si in articulos sævit, ementitur *Arthritidem*; cui ita similis esse videtur *Rheumatismus*, ut, propositã inter utrumque affinitate, prudentis & sagacis sit Medici, unum ab altero optimè discernere. Distinguntur tamen, quod *Arthritis* certis temporibus & periodis repetere soleat, *Rheumaticus* v. *affectus* non ita; qui semel aut bis affligens, si cautio adhibeatur, rarò recidivã patitur, nisi summa & contumacissima cacochymia adsit, & enormis in victus genere error committatur. Qualem Rheumatismum, refert *L. Riverius* l. c. in quodam ab initio per intervalla accessisse longiora, ita ut æger per 15, aut 20. dies afflictus, per mensem unum aut alterum à doloribus fuerit immunis, postea per intervalla breviora rediisse, ut vix per octiduum valetudine frueretur integrã. *Deinde*

inde *Arthritis* pueris & mulieribus menstruatīs solet parcere; utcunque utriq; sese aliquando insinuare, exempla prostant; *Rheumatismus* verò nulli.

Cui adhuc similior esse videtur *Arthritis vaga scorbutica*, quam *Varenos* appellat *Jobannes Wierus*, peculiari tractatu in *Henrici Smetij miscellaneis medicis*, quamque *Severinus Eugalenus l. de Scorbuto*, aliiq; describunt. Utriusq; verò affectus natura exactè considerata & ad amissim examinata in multis convenire, in multis etim differre videtur. Maximè verò in his differt: Quòd veteribus *Arthritis* hæc incognita fuerit, referentib; ipsis authoribus; Quòd in illà dolor sit exedens & corrodens, quasi esset à vermiculo, qualis in illà specie, quæ cum tumoribus est, ex abscessib; articulorū, qui in malignas fistulas interdum degenerant, quandoq; educitur; Quòd; ut ajunt, maculæ scorbuticæ circa articulationes appareant, extremaq; ad sit corporis macies, cujus squalore ægri indies deturpentur; Quòd magis in nervosas & tendinosas partes grassetur, hæreditaria sit, & contagiosa &c. Quorum nihil tale in *Rheumatismo* video observatum.

Lac lacti non magis est simile, quàm *Lassitudo*, sive *ulcerosa*, sive *phlegmonodes*, sive *ossea*, quæ ipsi intimè conjuncta est, similis est *Rheumatismo*. In utroque lese offert movendi imbecillitas, cum sensu gravitatis, & doloris in ambitu corporis, musculis, & artubus, ab humoribus corruptis, acris & mordacibus, beneficio caloris in corporis superficiem fusis, sive motu, & exercitio nimio liquatis, & eò attractis. Differunt tamen, tum ratione fontis, qui humores peccantes fundere aptus natus est, tum ratione symptomatum, quæ magis patebunt ex signis sequentibus.

SIGNORUM enim explicatio monstrosi huius morbi tyrannidem & perversam indolem clariùs exhibet, quam inter **DIAGNOSTICA** Dolor, ad quemvis contactum, licet lenissimum, acerbissimus præcipuè prodit; qui modò totum corpus affligit, modò per illius ambitum vagabundus errat, & brachia, dorsum, lumbos, manus, pedes, tibias, aliasque partes diris cruciatibus successivè torquet; interdum caput, dentes, & maxillas petit; aliàs hypochondria vexat; ut ita nulla corporis pars ab infen-

C

sisimo

sisimo hoc hoste sit immunis. Dolor noctu potissimum circa
secundam coctionem, exacerbari consuevit, ut ægri nec dormi-
re, nec præ doloris vehementiâ in lecto sese movere queant.
An quod natura, per somnum confortata, peccantem materi-
am serosam seu inchorosam, tepore lecti plurimum incalle-
scentem, & fervefactam commoveat? Eò est intensior, quò par-
tem exquisitiori sensu præditam offendit. Verum enim hîc
est, quod eleganter Galenus ait *comment. ad part. 1. sect. 1. lib.*
6. Epid. equalibus doloribus causis presentibus, vel in parte, vel
in toto corpore, magis ea pars dolet, quæ sensum exquisitiorem ha-
bet. Hinc nervosum genus, & articuli dolorum omnium ma-
ximum experiuntur, & eò quidem majorem, quò materia acri-
or & mordacior est. Quæ quò calidior, & tenuior est, eò magis
modò huc, modò illuc dolor vagatur. Oritur ille, quod sanguis
serosus & corruptus, musculosum, & nervosum genus proluens
in partibus istis inflammetur. *Fit verò per modum abscessus, vel*
critici, ut in morbis chronicis, & febribus quartanis usu venit,
vel symptomatice, ut in illis, qui cum jam diu malè habe-
ant, nihilominus tamen erecto corpore stantes, pro sanis
circumambulent, extremè cacochymici symptomatice,
hunc humorum in universum genus musculosum abscessum
tandem incurrunt. Dolores hosce sequitur *totius corporis im-*
becillitas, cum qua intimè conjuncta est *lassitudo & præsertim*
ὀστέονοπ s. ossearia, cum nervorum interiorum, tendinum,
ossibus adhærescentium, & membranarum ossa obvolventium
tensione, à serò putri perioestia replente. Audiatur Galenus; *La-*
borabat, ait comm. ad 4. acut. osseariâ lassitudine & ulcerosâ pro-
pter tenuium humiditatum acrimoniam, & putredinē; sanguis enim
citò putrescit, maximè verò qui est circa ossa, unde lassitudines oriun-
tur. Id quod ex Aristotele desumpsisse videtur: *sanguis & quæ*
sanguinea sunt, ait, facile putrent, ac præcipuè, quæ ad ossa propriè
applicantur. l. 3. hist. anim. c. 29. Nonnunquam *ulcerosa & phlegmo-*
nodes est, cū humores vitiosi & serosi cum sanguine in ambitum
corporis distributi ad musculos penetrant, & cum inepti sint, ut
corpus nutriant, eique assimilentur, ibi hærent. Galenus quippe
in comment. Aphorism. 31. l. 4. communem locum, quæ patitur
in

in lasitudine, & labore spontaneo, & non spontaneo, genus univ-
ersum musculosum statuit. Hinc *gravitatis ille sensus*, quò mem-
bra, quasi pondere appenso, graviora videntur. Cum enim icho-
rosa, & impuritatibus diluta materia, cum sanguine permista,
habitu corporis, & musculosis partibus communicata, in sub-
stantiam partium converti nequeat, necesse est, ut illarum vires
magnopere aggraventur. *Facies in nonnullis rubet; rubor* etiam
in parte affectâ quandoque manifestus est; An is â sanguine ob-
sidente membrum? quin potius â præsentia spiritus vitalis est,
qui, providâ ita consulente naturâ, pro more suo, ad partem o-
mnè laborantē, & præsertim dolentem sponte suâ accurrere, &
quamdiu urget dolor, ibi manere solet. *Tumor* interdû in habitu
corporis conspicitur, & maximè circa articulos, qui passim per
se subsidet, & citra suppuratum: Et quanquàm aliquando to-
phus aliquis relinquatur; tamen quia is ab ichore bilioso, sen-
sim â calore levi concreto, nascitur, cum suppuratu rarò ter-
minatur, sed sensim resolvitur.

Adest præterea *febris* quædam in habitu corporis, quæ li-
cet sit exigua, & exacerbationes non patitur, sanguine febrili-
ter non accenso; febris tamen re verâ est, quæ pulsu & acrimo-
niâ caloris per totum corpus fusi proditur. Proinde facilè est
solvere difficultatem; scilicet, qui fiat, quod, cum humor mul-
tus, & corruptus hic peccet, & corpus jam malè habeat, febris
tamen actu non oriatur. Humor enim accenditur quidem, sed
non *πυρετικός*. Id quod accidit quoque in lasitudine ulcero-
sâ, phlegmonode, & ossuariâ, ubi aliquando adest febris, sæpè
etiam non adest. Adde, quòd sanitatis, & morbi magna sit la-
titudò, cuius ratione multi, maximè cacochymici, modò pro
sanis circumeunt, &, ut sani, omnia peragunt, modò morbo
affliguntur, & vel moriuntur, adeò quidem repentè, ut priùs
constet illos interiisse, quàm ægrotasse. Denique non est nova,
& mira res, quosdam febre manifestâ & cognitu facili, alios ve-
rò occultâ prehendi. Quò facit elegantissimus ille locus
ex *Arculano l. de febr. c. 2.* dignus, qui huc annotetur: *Vidimus,*
inquit, multos levissimâ de causâ febribus prehendi, alios non
item; tamen nescio quâ febre laborant, sed ea non facile percipitur.

Ejusmodi sunt hypochondriaci, & biliosi multi, qui febribus non sunt opportuni, & tantum, nescio, quas febres ephemeris, aut synochos non putres persentiunt. Etiam videm occasione natâ in heceticas febres facile cadunt; egrè autem cadunt, nisi occasio adsint, eaq; satis potens. Quod autem ista corpora biliosa & melancholica febricitent suo modo suâq; febre, id declarat, quod perpetuò ferè dolent & levi de causâ. Et vulgò jaectant se non febrere cum febriant. Imò iis febris est velut πῶδ' & στυφεύς. Et etiam dum valent, pulsus celeriores & frequentiores habent.

Quod ad SIGNA PROGNOSTICA spectat, sævisimus hic affectus nulli ætati, nulli sexui parceret; mulieribus æquè, ac viris familiaris est; frequentius verò juvenes, quàm pueros, & senes adoritur. Ut plurimum est contumax, & curatu difficilis, maximè, quando habitualis est factus; non enim prius solet quiescere, quàm sedem fixerit stabilem. Hinc oblectatur remediis, & nisi accuratè illi primâ vice medeatur, in annos aliquot producit, & sæpè recidivam patitur: Sed si cautio adhibetur, & curatio ritè, & convenienter instituitur, nec error circa diætam committitur, vel semel, vel bis tantùm affligit, nondum habituali imbecillitate, & intemperie contractâ. Re verâ tamen est prodromus, & præparatio ad Arthritidem: nam qui bis, aut ter illum experiuntur, vix Arthritidem poterunt effugere. Prævus ichor, acris & mordax, cum in vasis sanguifluis sedem habeat, quæ sibi quodammodo sunt continua, & quorum extremitates singula membra, tam interna, quàm externa excipiunt; cumque omnia sint in corpore nostro perspirabilia, ob ingenitam eius raritatem; atque natura sibi vias, quanquam occultas, facile reperiat; hinc fit, ut materia peccans, maximè calidior & tenuior, vel suâ sponte, vel ab alio tacitata, huc illuc moveatur, & in omnia membra propellatur; nec tantùm ex internis invadat externa, & à superis decumbat in infernas, verùm etiam contrario motu superna impetat, & ab externis ad interna remeet. Externus quidem *Rheumatismus*, præsertim primâ vice irruens, maximè in corpus non adèò impurum, & plethoricum, non ita malus est, quàm qui ex morbo chronico ortus summam cacochymiam, & plethoram offendit, in veteratus & in-

& internus est. Pessimè enim cum ægris agitur, si humores ex habitu corporis ad interiora recurrunt. Unde *Gal. in comm. ad partic. 5. l. 2. de natur. hum.* inquit: *Sapè visi sunt interire, quibus succi in dolore articulorum in artus delati, deinde repulsi in partem principem pervenerint, & una salutis spes erat, si iidem ipsi humores ad artus revocarentur.* Qui si deferuntur ad caput; *Paraplexiam, Lethargum, Epilepsiam &c.* excitant. Summa est calamitas, cum efferus humor, peragrato corporis ambitu, ruit in thoracem, & in laxum pulmonis parenchyma, omnium penè fluxionum, metam & terminum: hinc *Peripneumonia, Dyspnaa, Hydrops, & Syncope lethalis* efficitur. Confluens in ventrem inferiorem, cum per tenuitatem suam facilè per poros viscerum exundet, & quidem in ventriculum per venam gastricam effusus, vomitum, aquosum producit. Exoneratus per mesaraicos ramos in amplam intestinorum cavitatem, serosam gignit *Diarrheam*, aliquando *criticam*, & optimis, aliquando *symptomaticam*, & pessimis ægrorum rebus. Serum acre, quando, in medio per hepar decursu, radices meatuum cholidochorum præterfluit, atq; hinc bilem plurimam, ob intemperiem hepatis calidam generatam, ebibit, frequenti per intestina decubitu fæcum reliquias abstergit primò, deinde adipem, intestina oblinentem, interioremq; eorum membranam abradit; ex quo *Dysenteria hæmorrhæica*, & sæpè mors succedit. De salute tamen non omninò desperandum est, maximè si *Rheumatismo* superveniat crisis laudabilis, per quam ut plurimum solvi solet, serosâ illuvie per insensibilem transpirationem, sudorem, aut urinam, diarrheam, aut narium hæmorrhagiam è corpore eliminatâ. De hac *Hippocrates l. 4. acut. aph. 74.* *Quibus speratur in articulos abscessus, libent urinam multa, qualis in febris laboriosis, si verò ex narib. sanguis fluxerit, brevi fit solutio.* Quod experienciâ suâ confirmat *G. Ballonius*; desperatum enim, & contumacissimum *Rheumatismum*, cum generosissima remedia nihil profecissent, copiosissimâ tandem hæmorrhagiâ solutum observavit. Interdum quoq; bonis ægrorum rebus transit ille in erysipelas. Ita *Franciscus Portus* in se ipso expertus est, *Rheumatismum* biennem ab humeris in genuum erysipelas degenerasse, quod ex dolore lancinante ipsi cognitum, septi-

mo mense tandem foras prominens, acerbitem minuit. *med. decad. l. c.* verus proinde fuit aphorismus *Hippocratis sect. 6. aph. 25. Erysipelas intus foras converti bonum.*

Theoriæ huic CURATIO conveniens deinceps nunc annexatur; quæ quâ methodo in *Rheumatico nostro affectu* administrari debeat, sequentes, ex dictis elicite, **indicaciones** ostendent. **Curatoria**, ipsum morbum, & causam illius continentem respiciens, ichorem pravum, tum illum, qui, massæ sanguineæ permixtus, in vasis adhuc continetur, tum eum, qui in habitum externum corporis jam influxit, idoneis evacuantibus educendum esse, insinuat, **Præservatoria** viscerum sanguificationis, maximè hepatis, dyscrasiam, & calidam intemperiem, contrariis ipsi medicamentis emendandam; lienem etiam, & ventriculum, si tenorem suum excefferint, in officio continentium, dicit. Quò ipsò, ne nova fiat humoris ichorosi & acris in habitum corporis influxus, qui tantos faciat labores, providebitur. **Vitalis** deniq; totius corporis imbecillitati succurrendum, cum primis affectis, & dolorosis partibus suppetias ferendas, dolores leniendos ac sedandos, suum cuiq; tenorem, pristinum robur, & debitam intemperiem reducendum esse, jubet. Ut adeò totum **curationis** negotium juxta duos primarios scopos peragi debeat, *evacuationem nempe materiae morbificæ, & affectarum partium corroborationem.* Uter verò potior sit, innuit *Galenus l. 1. de cur. rat. per sang. miss. c. 8.* Quibus, ait, *carnoso genere pulmo, lien, ac cerebrum natura robustiora sunt, in iis ad glandulas & carnes fluxiones perveniunt, ubi totus nimirum habitus infirmus fuerit, velut in Rheumaticis affectibus accidere solet.* Merito ergo, addit, *his curandis scopus est, non evacuatio, sed corporis totius roboratio.* *Quanquam tamen curationis initium illis à misso oriatur sanguine, ac si excrementa pravam etiam qualitatem habuerint, unâ adhibeatur purgatio.* Nimirum primus quidem fine & intentione scopus est partium corroboratio, opere verò est posterior. Vix enim robur parti accedet, nisi corpus prius sit evacuatum: ubi namque pravus humor adest, licet copiâ non lædat, corpori tamen gravitas, & morbosa dispositio infertur.

Hinc

Hinc facile colligere est, initium curationis in Rheumatismo, qui non nisi plethorico, & cacochymico corpori accidere solet, ab evacuatione faciendum esse; quanquam magis & frequentius roborantibus, parcius verò evacuantibus utendum sit. Ad curationem autem ritè perficiendam, & hîc succinctius explicandam, remediorum materiam ex ordinariis fontibus, *Chirurgiâ* sc. *Pharmacîâ*, & *Dietâ* desumemus.

Chirurgia Phlebotomiam, omnium nobilissimum nobis exhibet præsidium; quod, ut evacuando, revellendo, derivando, & refrigerando est ἡγεμονικόν; ita maximum curationis momentum, & maxima adeò salutis spes in illò posita est. A quo administrando nos revocare non debent, qui partes omnes æqualiter dolore videntes, Catarrhum esse, falsò rati, aut veriti, ne fluxio in partem sanguine deplendam provocetur, ferè à venæsectione abstinent, vel cunctanter, & trepidè eam aggrediuntur; nova enim fluxio, aliquando V. S. præritari solita, sine dubio à largâ sanguinis missione avertetur. Nec audiendi hîc sunt, qui, Arthritidem quandam universalem Rheumatismum esse, asserentes, salutarem V. S. usum in dubium vocant, cum vel in ipso paroxysmo arthritico feliciter sanguinem mittant Medici Parisini. Præprimis verò, cum constet, abundare hîc sanguinem impurum, & corruptum, qualis semper ferè detrahi solet, commodissimè ille evacuatur, & intercipitur, ne repleta & nauseabunda vasa eum in habitum corporis exonerare queant. Si *universalis* sit *Rheumatismus*, plures, vel omnes successivè occupans partes, basilica brachii dextri, vel sinistri, & alternatim quidem, si opus fuerit, secetur: si particularis sit, unum tantum latus occupans, oppositi brachii tundatur vena. Doctores Parisienses, habitâ semper ratione magnitudinis morbi, & virium, roboris, largam ab initio, Galenum secuti, & experienciâ, optimâ medendi magistrâ, edocti, instituunt sanguinis missionem, simili modò, ut in lasitudine ulcerosâ & Synocho putri à Galenò fieri consuevit. Eandem repetunt per vices, quamdiu plethora, doloris acerbitas, febris, aliaque durant, & suadent. Quæ aliquoties repetita V. S. tantum abest, ut ægro suspecta, ut potius ipsi

ipsi quàm maximè salutaris eveniat. Id quod exempla quotidie Parisiis obvia probant, & Fr. Portus l. c. propriò testatur, qui sævissimum hunc affectum per biennium expertus, Divinâ tandem gratiâ superavit, cum, optimorum medicorum consilio, partitis vicibus, uncia sanguinis plus centum ipsi fuissent detractæ. Frequentes *cucurbitula*, *hirudines*, ac *cauteria* habitui corporis apposita similiter hinc proderunt.

Pharmacia nobis primùm *Clysterum*, humectandi, refrigerandi, & alvum laxandi vim habentium, ante V. S. injiciendarum, usum frequentem suppeditat.

℞. Decoct. cichor. lactuc.

fragar. hordei.

lactis. a. q. l.

dissolv. cass. mell. rosat.

mann. calabr. a. ℥j.

Ol. violac. aneth. a.

℥ss.

Vitell. ovar. N. j.

Sal. gemm. ℥j.

M. F. Clyster.

℞. Rad. alth. lilior. alb.

nymph. cichor.

lactuc. a. ℥ij.

Fol. malv. violar. pariet.

acetos. a. Mij.

Sem. 4. frig. maj.

hord. excortic. a. ℥v.

Lini, fænugr. a. ℥ij.

fl. chamæmel. ros.

rubr. a. Mj.

Fol. senn. Alex. s. s. ℥ss.

Prunor Damasc. n. x.

Passular. ℥ij.

Coqu. in s. q. aq. font.

incolat. ℥j. dissolv.

Syr. rosar. solut.

benedict. laxat. a. ℥ss.

Ol. chamæmeli.

rosac. a. ℥ij.

Sal nitr. ℥j. M. pro ene-

mate.

Postquam *phlebotomiâ* plenitudini majorum vasorum satisfactum fuerit, lenis purgatio ex usu fuerit. Cum enim partium præcipuarum intemperies, & imbecillitas non possit non magnum excrementorum proventum generare, atq; aliàs hinc humor pravus & corruptus peccet, atq; in corpore scateat, per vices ille expurgandus est. *Veementiora purgantia*, mochlica dicta, quæ magnâ vi, vel ipsâ reluctantè naturâ, è distantissimis partibus humores trahunt, in quorû classem scammonium, colocynthidem, helleborum &c. referunt, cane anguèq; pejus, evitanda esse, monent Medici Parisini; non modò, quòd innatâ, eâq;

etq; noxiâ qualitate humores, & spiritus inficiant, naturam ve-
 hementiùs conturbent, ac suâ acrimoniâ irritent, verùm etiam
 quòd experientia hætenus docuerit, mochlicis catharticis
Rheumatismum exacerbari, humores irritari, viscerum fervo-
 rem, & infarctum augeri, doloresq; simul in habitu corporis in-
 gravescere. Proinde blandam primùm catharsin, quæ succos sibi
 familiares citra molestiam educat, suadent, contenti *castia, sen-
 nâ, rhabarbaro, confectione universali*, &c. & respectu seri abun-
 dantis *syr. de rhamno solut.* medicamentis, quæ ex *carthamo, mecho-
 acannâ* &c. conflantur. *syr. & mel infusionis rosar. pallid. syr. de ci-
 chor. compos. c. rhab.* quæ licet benigna sint, in magnâ dosi tamen,
 & sæpius repetita commodè sufficienterq; serosam omnem im-
 puritatem eluere possunt, sine ventriculi offensione, & viscerum
 intemperie, ut de his notat *C. Piso l. c. Rhabarbarum*, utcunq;
 ratione materiæ morbificæ, serosæ scilicet & biliosæ, ut & re-
 spectu hepatis, quod maximè hîc patitur, convenientissimum
 videatur; attamen usum illius dubium, & suspectum nobis fa-
 cere videntur moderni, qui *rhabarbarum*, propter insignem ejus
 caliditatem, in frigidâ hepatis, animam, in calidâ v. ejusdem
 intemperie, mortem potiùs illius dicendam esse, volunt. Sero-
 sus & ichorosus humor etsi plurimùm hîc peccet; tamen, quia
 is etiam alios vitiosos & corruptos secum in corpore rapit, &
 pauca sunt purgantia, quæ non serosos simul evacuent humo-
 res, præsentis erit medici, cuilibet ægro in rem præsentem va-
 ria purgantia præscribere.

Præmisso itaq; Digestivo, & exempli locò, quodam ex
 seqq.

Rx. Conserv. rosar.
 fl. eichor. a. ℥ij.
 ♀ Olat.
 Spec. diarrh. Abb. a. ℥ss.
 M. F. Bolus.
Rx. Cremor. ♀.
 ♀ Olat. a. ℥j.
 Spec. diamargar. frig. ℥ss.

magist. corallor. gr. vj.
 M. F. pulvis.
Rx. Aqu. aperit. hepatic.
 comp. ℥iv.
 Syr. corallor. Querc. ℥i.
 mistur. simpl. ℥ss.
 M. probaustu.

D

Rx. Mi-

Rx. Mistur. simpl. ℥℞.
aq. cichor. ℥iij.
Pro leniter purgante e. l.

Rx. Fri Olat. ℥℞.
Scammon. resinof. gr. vij.
Pulv. laxat. vegetabil. ℥℞.
Sacchar. parum.
M. F. pulvis.

Rx. Scamm. resin. gr. xij.
Cryst. Fri ℥℞.
Elæosacchar. cinam.
gr. iij. M.

Rx. Radic. cichor.
asparag. a. ℥i.

Syr. acetos. citr. ℥℞.
M. F. potio.

Fol. scolopendr. n. ix.
cichor. borrag.
violar. a. Mj.

Senn. Alexandr. f. s. ℥℞.
Rhab. elect.

Mechoacann. alb. a. ℥j.
Cinamom. spic. a. ℥℞.

Coqu. in s. q. aq. f.
Colat. ℥ i v. add.

Fri Olat. gr. vj.
Syr. ros. pallid. ℥i℞.
M. F. potio.

Peculiariter verò educendis serosis impuritatibus convenient seqq.

Rx. Extr. ireos ℥℞.
elaterii ppt. gr. iij.
℞ii dulc. gr. x.
ol. cinamom. g. iij.
M. F. Pillula.

Rx. Gum. gutt. ppt. gr. x.
Sal. soldanell.
gratiol. a. gr. v.
Cum conserv. violar. q. s.
F. Bolus.

Post hæc fervor viscerum, maximè hepatis, temperandus, illiusq; quantum fieri poterit, sublevanda venit imbecillitas. Præstabunt hoc alterantia simplicia; Acetosa, fragar. viola, rosa, hepatica alba, borrago, buglossum, lactuca, cychoracea & intybacea omnia; poma granator. citr. aurant. cydon. fructus berber. melon &c. Præcipue verò hepar roborant absinthium, eupatorium, rosa, spica, schænanthum, santal. rubr. &c. Composita; Aquæ destillatæ dictarum herbarum, hepatica frigida Dornkreillii, quæ & hepati & ventriculo alterando, & corroborando proderit, hepatica frigida Mynsichti. Syrup. de cichor. acetos. citri, aurant. &c. Julep. rosac. violac. Alexandrinus. Conserva fl. rosar. cichor. acetos. ex fructu rose caninæ in modum cydoniati confecta; vide Prax. Riverii. marmelada hepatica frigida Mynsichti, ut & electuarium absinthiacum, & morselli hepatici corroborantes ejusdem. Condit. lactuc. Hispanic. rad.

rad. cichor. &c. Species diamarg. frigid. diatrion santal. diarrhod.
 abbat. Serum lactis preparatum cum syr. acetos. secundum Ama-
 um Lusit. vel cum succo limon. & pomorum redolentium admodum
 Quercetani. Quibus Chymici addunt Spir. Oli & A. & in vehe-
 mentiori æstu O prunella. acidum A. F. Olatū. Crystall. F. Olia
 dictarum herbarum. D. hepaticum Mynsicht Corall. rubr. & alb. ppt.
 Ebur ppt. Tincturam corallor. rosar. papaver. rbead. Conf. violar. rosar.
 Olatas &c. Ex his pro lubitu sequentes parari, & in præsentem
 usum, ne natura uni eademq; assuescat, variari possunt remedio-
 rum formulæ.

Rx. O absynth. cichor.
 Fri Olat. a. ʒβ.
 Spec. diatr. santal.
 diarrhod. abb. a. ʒi.
 Cinam. parum
 Sacchar. q. s. ad gratum
 saporem. M. F. pulvis.

Rx. Fl. cichor. ros. rubr.
 a. p. iij.
 Santal. rubr.
 Schoenanth. a. ʒij.
 Spec. diarrh. abb. ʒβ.
 diamarg. frig. ʒi.
 Sacchar. rosar. tabul. ʒj.
 M. F. pulvis.

Vel sumantur hi pulveres, & cum sacchari candi albissimi ʒiij.
 vel q. v. solut. in aq. destill. simplici cichor. acetos. &c. vel hepa-
 ticâ compositâ q. s. additis ol. citr. destill. gutt. xii. F. Rotula.
 Vel additis conserv. rosar. viol. Olatis, fl. cichor. &c. F. Morselli.

Rx. Rad. cichor. acetos.
 gramin. caryophyll.
 a. ʒj.
 Fl. ros. viol. hepat. nobil.
 borrag. bugloss. a. p. ij.
 Herb. eupator. acetos. ci-
 chor. a. Mij.
 Schoenât. santal. rubr. a ʒj.
 Sem. 4. frig. maj. a. ʒij.
 Passul. jujub. a. ʒβ.
 Coqu. in f. q. aq. f. in colat.
 adde Syrup. acetos. citr.
 aurant. a. ʒj.
 Tinctur. rosar. ʒiij.
 corallor. ʒj.

Sacch. cād. optim. q. s. ad grat.
 M. F. potio. (sapor.
 Rx. Conf. ros. rubr. acetos. Hisp.
 a. ʒj.
 viol. purp. fl. hepatic. a. ʒij.
 Condit. rad. scorzon. cichor.
 cort. citr. aurant. (a. ʒβ.
 nuc. Indic. a ʒij.
 Spec. diarrh. Abb.
 arom. rosar. a. ʒβ.
 Fœcul. ari. ʒβ.
 Trochisc. de eupator. ʒj.
 Spir. O cichor. ʒβ.
 Cum syr. acetos. citr.
 F. Electuarium.

Præ cæteris verò in hoc affectu, ad hepar præcalidum re-
 frigerandum, & corroborandum commendant *Medici Monspeliens-*
ses obs. Riv. cit. Tincturam corallorum, extractam cum succo limon. aut
 berberis, vel solam, vel, ad gratiorem gustum, cum sacchari candi
 quantitate, in syr. redactam, nisi meliùs sacch. parum cuilibet do-
 si, quæ ad cochl. ii. sit, addatur; ut & *Tincturam rosar. rubr.* cum
 spir. Oli aut Δ r. præparatâ, & cû sacch. edulcoratâ. Inter roboran-
 tia autem primas hîc obtinere *ambram cineritiam*, iidem l. c. affir-
 mant, quòd spiritus & nativum calorem mirè reficiat, neq; tanto-
 pere calefaciat, ut vulgò creditur; cujus grana viij. vel x. cum di-
 ctis tincturis, vel julepo quodam, vel in ovo sorbili fumantur.
Exteriùs, si opus fuerit, convenient *Epithemata ex herb. destill.*
additis pulv. diatr. santal. diarrhod. abb. &c. unguentum refriger. Ga-
leni, teratum santalorum &c.

Ventriculus si langueat, ex usu fuerint *Tragea stomachi-*
lis ex rad. aron. Querc. Pulveres & species, ut & electuarium. stomach.
Mynsicht. Elixir Propriet. &c.

Vel \mathcal{R} . Θ . absynth. \mathfrak{z} ij. \mathfrak{ss} .
 menth. \mathfrak{z} j.

Pulv. aron. Quere. \mathfrak{z} ij.

M. F. pulv. exhib. \mathfrak{z} j.

in vino, vel aq. menth.

\mathcal{R} . Spec. rosat. novell. \mathfrak{z} ij. \mathfrak{ss} .

Diatr. santal. \mathfrak{z} ss.

Sacch. alb. finiss. \mathfrak{z} iiij.

in aq. ros. opt. solut.

addit sol. fœnic, vel a-
 nis. q. s.

Confectio in Rotul.

Lienis si fortè infarctus, vel aliud vitium suberit,

\mathcal{R} . Cremor. \mathfrak{z} . \mathfrak{z} ij.

\mathfrak{z} . Θ a.

Sal. ab. ynth. a. \mathfrak{z} i. \mathfrak{ss} .

Spec. dianis. diacinam.

diatr. santal.

aromat. ros. a. \mathfrak{z} ij.

Sacch. ros. \mathfrak{z} i. \mathfrak{ss} . M.

\mathcal{R} . Conf. fl. anth. menth. a. \mathfrak{z} j.

Condit. cort. citr.

nuc. mosch. a. \mathfrak{z} ss.

Confect. alkerm. \mathfrak{z} ij.

Tunic. interior. vetric. gal-
 lin. ppt. \mathfrak{z} ij.

Cinamom. (a. \mathfrak{z} j.

Aromat. rosat. pulveris.

Cum sacchar F. condi-
 tum.

F. *Tragea*. exhib. in
 aq. spleneticâ.

\mathcal{R} . Rad. aperient. \mathfrak{z} ss.

Cortic. tamarisc. \mathfrak{z} ij.

Sem. genist. \mathfrak{z} j.

Coqu. in s. q. aq. font.

col. \mathfrak{z} vj. add.

Syr.

Syr. cochlear. ℥ss.

Cremor. Fri ℥j.

M. F. *potio.*

℞. Gumm. ammon.

acet. solut. ℥j.

℞. absynth. scolopendr.

a. ℥j.

extr. fumar. centaur. min.

Emendatâ ita viscerum dyscrasiâ, fortior purgatio locum
habebit. Exempli loco

℞. Magister. gialap. gr. xv.

elæosacch. menth. gr. ij.

M. *propulvere.*

℞. Pulv. laxat vegetab. ℥j.

polychrest. gr. vj.

gumm. gutt. ppt. gr. v.

elæosacch. cinam. gutt. iij.

M. F. *pulv.*

℞. Crystall. acetos. ℥i℥.

℞. Olat. ℥j.

resin. scammon. gr. xij.

ol. citr. aurant. a. gutt. iij.

M. F. *pulv.*

croci & aper. a. gr. xv.

menth. rubi.

mastich. elect. a. ℥j.

℞. Olat. ℥j.

essent. rad. filic. ℥ss. Cum

succo cochlear. M. F.

Pillule.

℞. Pillul. ℞r. Querc.

extr. panchym. Croll. a. ℥j.

eum elixir. propr.

F. pillule.

℞. gumm. ammoniac. ℞.

solut. ℥j.

aloës lucid. ℥ij.

rhab. elect. ℥ij.

Crem. Fri

chalyb. c. Δ. calcin. a. ℥i℥ss.

M. F. *Massa pillularis.*

℞. Tabul. diacartham.

c. rhabarb. ℥iij.

Pro vice.

Vel ℞. Spec. diacartham. ℥iij.

Extr. mechoacann. ℥j.

Cinam. Zingib. a. gr. v ij.

Sacch. solut. in aq. sambuc. ℥iij.

M. F. *Morselli.* Detur j. pro vice.

Qui ad vomitum sunt proclives, cum fructu quoq; leniora,
vel mediocra vomitoria possunt assumere, quorum materia
ubivis plus satis obvia est.

Absorbendæ verò colluviei serosæ valdè hîc conveniunt
Diuretica, idq; consilio magni Hippocratis, l. de humoril. Fu-
sos, inquit, humores ne intus intercludas, sed superfluos resic-
cavo, quippe sive educere velis, sive secus, melius est attenuatoris uti,
quia sic facilius medicamentis educes, aut per urinam purgabis, quàm

D 3

si asirin-

si astringentibus cohibueris, coëgerisq. Tum consensu Galeni l. 5^o simpl. c. 13. A diureticis, ait, non attenuatur modò, sed & funditur, ac secernitur sanguis, non aliter, quàm in lacte fit, in quo quod serosum & tenue est, separatur; quod crassum, cogitur in se, & exactè unitur. Cavendum a. hîc à vehementioribus & nimis calidis; ut conserv. anthos, enule, pulv. gentian. ivæ arthetica, theriacâ &c. maximè cum corpus sit hîc quodammodo febrile. Potentiora fundunt, & liquant humores, & apertis viis, eos in artus repellunt, & penitissimis corporum recessibus intrudunt. Præferenda igitur temperatiora, è conserv. betonic. cichor. capillor. Qris, decoct. radi. asparagi, gramin. pentaphyll. capillarium &c. pulv. diarrhod. abbat. cum succo citri, vel serò lactis. Usus rhabarbari, vel in tabellas, vel in pulverem, vel in pillulas redacti, C. Pisoni l. c. consil. de Arthritid. admodum est diureticus, & in eluendò serò biliosò potens, & semper comprobatus, præsertim in Arthritide. Qui utrùm hîc locum mereatur, pro præsentis ægri conditione, facilè prudens Medicus dijudicabit.

℞. Ser. lact. destill. ℥j.
Succ. citri. ℥ss.
M. pro portione.
℞. Spir. ♀. ℥j.
dentur guttæ x.
pro vice in aq.
capill. gr.

℞. ☉. cichor. betonic. a.
gr. viij.
pulv. diarrh. abb. ℥ss.
cortic. ovar. gr. x.
F. pulv. exhib. in
aq. alkekeng.

Evacuatio verò ichoris, illius in primis, qui jam in habitum corporis influxit, per sudorem, maximè hîc opportuna, & naturæ convenientissima videtur. Serum enim eiusdem est cum sudore materiæ, cuius portio, quæ per cutem insensibiliter, ex naturæ instituto, quotidie expirare debet, suppressa quacunque ratione, & introrsum depulsa, materiam præbet articulorum dolori; quæ verò si convenientibus sudoriferis fuerit subtracta, & quodammodo imminuta, non parum levaminis æger sentiet. Unde Crato, trium Imperatorum felicissimus Archiater, consil. 24. Quàm primum, ait, sudor detinetur, aut inhibetur, maximè si consuetus fuerit, imminet paroxysmus podagricus, & procul dubio

bio augebitur paroxysmus, & provocabitur, si in eò sudor detineatur, & reliquia humoris serosi in venis non discutiantur; & contra brevior fiet paroxysmus, si per sudorem serum discutiat. Cæterum annehic sudorifera commodè administrantur, Parisienses valdè dubitant, imò verò negant, pro eo, quem ab hydroticorum usu, vel in genere, planè alienum habent, animò. Impatentia enim ægrorum non permittit, ut se lecto diu contineant, qui ne minimam quidem stragulam, aut operimentum præ dolore acerbissimo ferunt. Præterea ob inflammationem quandam, per totum corpus sparsam, vix ac ne vix saluber sudor manabit. Adde, quòd experiencià constat, hydroticis in Rheumatismo omnia recrudescere, humorum, quoquò versum ruentium motum adjuvari, & discussà tenuiori parte, crassiorem in vasis relinqui, novos denuò, & graviores dolores parituram. Quæ quidem omnia à sudoriferis vehementioribus & calidioribus, qualia sunt, theriaca, mithridatum, extr. & spir. lign. guajac. sassafr. chin. spir. theriacalis camphoratus, flores Sij fixi, diaphoretici, & Stum diaphoreticum &c. maximè si ab initiò curationis adhibeantur, non immeritò; à temperatioribus verò, qualia sunt, C. C. sine ustione preparatum, Bezoard. minerale, Solare & Stiale, os de corde cervi, lign. visc. quern. lapis Bezoar, terra sigillata &c. præsertim admista hepaticis, & præmissis universalibus & roborantibus, neququam metuenda sunt. Nobis e.g. sint sequentia:

Rx. Aq. acetos.
 scabios. a. ℥ i β.
 extr. scord.
 card. bened. a. ℥ j.
 Syr. granator.
 acetosif. citr. a. ℥ β.
 C. C. sine ust. ppt. ℥ j.
 M. F. potio pro ij vicibus.
 Rx. Aqu. fumar.
 scabios. a. ℥ i β.
 scorbutic. Quercet. ℥ ij.
 Spir. ☿ ℥ ij. M. pro ij dos.

Rx. Bezoard. Clar. gr. vij.
 magist. corall.
 Off. de corde C. a. gr. v.
 M. pro pulvere.
 Rx. Rob. sambuc. ℥ iv.
 C. C. philos. ppt. ℥ i β.
 Lap. Bezoar. gr. iv.
 F. mixtura Electuarii instar. pro aliq. dos.

Atque ita evacuato toto corpore, & viscerum dyscrasià correctâ,

parti-

partium, fluxiones suscipientium, ratio habenda, & externi habitus imbecillitati providendum est. Invehitur hinc *C. Pifo l. c.* in Medicos nostri temporis, qui, quod articuli facilius & promptius reliquis membris serum, quocumque modo effervescent, excipiant, imbecillitati, intemperiei, laxitati, aut raritati illorum, hoc ascribunt; cum potius accusanda sit ipsa conformatio articulorum, extremas vasorum propagines, & fines admittentium; ex quo necesse est, à continenter impetenti sero, violenter à se invicem distrahi ipsos articulos. Quæ quidem conformatio cum nostris viribus minimè immutari possit, parum prodesse putat, quæ articulis admoventur, medicamenta; atque vix impetum serosi humoris, magnâ vi depluentis, & è vasis majoribus in minima exundantis, prohiberi posse, nisi intermedia vasa aliquâ arte stringantur, & ita fluxio intercipiatur. Verùm anne *intercipientia* sive *repellentia*, uti dicuntur, commodum locum inveniant, non minus in *Rheumatismo* nos dubitamus, quàm *Piso*, aliique in *Arthritide*. Utcunq; enim *repellentia* cum astringentibus permixta, coarctatis meatibus, humorum affluxus arceant, & partem affectam confirmant; non leve tamen subest periculum, ne repulsa ichorosa illuvies, vel in pulmonem, vel aliud è nobilibus visceribus, irruat. Utcunq; etiam *repellentia*, cum ex frigidis plerumq; componantur, & in nostro affectu caloris cujusdam acris sensus sit per totum corpus, convenientissima hinc esse videantur; attamen nocere potius dicent *Parisenses*, partim quia difflatum sive transpirationem insensilem serosi humoris prohibent, partim quia frigidorum remediorum usu, domito licet morbo, major remanet nervorum imbecillitas, ex quo *Arthritidi* occasio dari posset. An hæc incommoda à *repellentibus vehementioribus* tantùm, à *mitioribus* verò, ut, *oxycrato, oleo rosaceo, album. ovi* &c. quibus si pars foveatur, recuperato pristino robore, fluxus cessent, non adeò metuenda? Quod si ita est, non inconvenienter fortè sequens applicabitur:

℞ Flor. ros. rubr. balauft. a ʒiij.
 radic. consol. major. ʒv.
 cortic. granator. boli armen, mastich. a. ʒj.
 succin. alb ppt. ʒij. Ol. rosac. q. s.
 F. *cataplasma*.

Quic-

Quicquid sit, nihil horum obstat, quò minus *Paregorica*, quæ dolores leniant, si fortè illis causarum ablatione nondum satisfactum est, aut *Diaphoretica externa*, quæ reliquias influxi, & imbibiti humoris dissolvant, & discutiant, ac calorem in iis vitalem foveant, vel alliciant, affectæ parti admoveantur. Quem in finem

℞. Mic. panis alb. ℥vj. vel q. v.

Lact. vaccin. recent. q. s. coctis leniter ad ignem adde

Vitell. ovor. no. ij.

Croci ℥j. Olei rosac. ℥ij. Misc. & dolenti parti impone.

Cataplasmata ex mucilagibus, dolente nervoso genere, vitanda; cum enim nervi & tendines glutinis habeant aliquid, illud, frigido & glutinoso admoto, contumacius redditur; unde major oriri posset dolor. Proinde consulit *Ballonius*, ut cataplasmata potius fiant ex farinis. Cui placet,

℞. Farin. hord. tritic. a. M. ℞.

Fol. malv. hyoscyam.

Fl. violar. chamæmel. a. Mj.

Cortic. papav. alb. M. ℞.

Ol. lumbric. papav. a. ℥i ℞.

Croci ℥iv. Opii gr. iij M. Fiat *Cataplasma* in contumaci dolore conveniens.

Linimenta ex adipibus temperatis, anatis, gallina, vulpis &c. ut & *olea varia* locum haberent, nisi, quod in Arthritide *Sennertus* in *praxi* metuit, etiam hîc metuendum esset, ne sc. erysipelas, aliquando imminens, promoveatur, inflammatio partis *oleis* augeatur, pori *pinguibus* oblinantur, & dolores, humore intus retento, exacerbentur. Magis verò, si opus fuerit, resolvent, & discutient, sed non nisi declinante febre, & præciso novæ fluxionis metu, adhibenda, linimenta & unguenta calidiora, nulli non apud Practicos obvia; *emplastrum oxycroc. empl. ex Are, empl. ex pice nigrâ, vel solâ, vel cum pulvere rad. sigill. B. Mariae; aque arthritica Quercet. in pharmacop. sal urinæ, vel sal ammoniac. sæpius sublimatum, in vino, vel alio convenienti liquore impositum.* Vel

E

℞. Spir.

℞. Spir. sal. ammoniac. vin. rectific. a. ʒiij.

Camphor. c. spir. vin. dissolut. ʒʒ.

Misc. exactissimè; quò liquore pars benè fricetur, ut me-
dicamenti vis penetret.

℞. Gumm. Caracann. ʒiʒ. tacamahac. ʒvj.

Empl. croc. ʒix. Cer. alb. ʒv.

Pulv. consolid. maj. ʒij. gr. xv.

cum Ol. chamæmel. F. s. a. *Emplastr.* quod loco dolenti,
applicatum extrahet materiam, & dolori succurret.

Emplastr. diapalma præprimis partes affectas roborat, & do-
lores lenit. Utriq; scopo, & discutiendis simul reliquiis ichoro-
si humoris satisfacit *Balneum tepidum*, & maximè *Fomentatio*
ex artemisia, origano, absynthio, betonica, calaminthâ, cha-
mæpyt. fl. stoech. Arabic. lavendul. chamæmel. melilot. in vino
& aquâ coctis. Post *balneum* iterum commodissimè imponitur
emplastr. diapalma. Athermis, nisi diligenter toti corpori per uni-
versalia provisum, & calor nonnihil mitigatus fuerit, omninò
hîc abstinendum est, cum illarum usu morbus recruisse visus
sit. *Aquas tamen ptumbares* laudat *Ballonius*. **Tumores** si qui
adfuerint, dictis remediis facilè discutientur.

Hisce omnibus **DIÆTA** conveniens respondeat, in quâ
non leve & curationis & præservationis momentum situm est,
adminstrandâ rerum non naturalium legitimo usu. *Aër* sit tem-
peratus, vitetur illius inclementia, maximè excessivè frigidi, ob
metum retenti perennis utilisq; serosi in corpore humoris efflu-
vii, sive impeditæ transpirationis, itemq; ob periculum illius re-
fluxus ab habitu corporis ad interiora. *Cibi* sint boni succi, &
concoctu faciles, nonnihil refrigerantes, nec tamè obstruentes.
Carnes vitulinæ, perdicum, pullorū gallinaceorum, pipionum,
caponum, conditæ acetos, eichor. lactuc. borrag. &c. succo citr.
limon. granator. &c. juscula consummata, ova sorbilia, lactici-
nia, lac vaccinum, asininum, hordeatum, amygdalatum, serum
lactis, vel per se, vel modis suprâ dictis præparatum, conveniunt.
Nocent carnes & pisces salitæ. **Quantitas** cibi capiendi respon-
deat viribus reficiendis, & conservandis; ad faciliorem verò cõ-
coctionē sit mediocris, ita ut à pastu semper nonnihil appetitus
super-

superfit, cœnaq; prandio semper sit parcior. Potulentorum usus parcus sit; nulla enim adeo contumax est fluxio, quæ non sicca vitus ratione brevi curetur: quod in se ipso expertus est *J. Heurnio*, & semper in suis ægris *C. Pifo l. c.* Potus igitur sit paucus, *phtisana* ex hord. liquiritiâ, passulis, ficibus, coriandro, aniso, cinamomi parum, julepo rosaceo, aut sero lactis. *Vinum* vel planè exulet, vel parcissimè propinetur, & quidem medicatum, aut dilutum aquâ chalybeatâ, quæ valdè hîc commendatur, quòd astringat, & quodammodo exprimat superfluum in vasis serum, expressumque in renes deducat. *Cervisia* sit benè defæcata, & lupulo probè cõdita, vel hepaticis, & spleneticis cõvenientibus medicata. *Motus quietem* superet; *moderata* tamen sint *exercitia*, eò usq; producta, dũ corpus nonnihil incalescens, aliquò tandem madore diffluat, ante cibum, & loco ab injuriâ aëris libero ineunda: magni enim æstimanda est seri, per spiracula cutis, sive sensibilis, sive etiam insensibilis expurgatio, ut in eâ omnium fluxionum arthriticarum momentum omne ferè ponant practici. *Somnus* sit modicus, non statim à cibo sumpto; si sit difficilis, *hypnoticis* provocetur. *Animi pathemata* immoderata, Ira cumprimis, & Terror vitentur, Lætitia foveatur, à Venere nimia abstinenceatur. *Alvus* quotidie faciat officium, si non, arte & leniente medicamento irritetur. Sudores matutini in lecto utilissimi sunt, & si non sudor, mador tamen corpori sub aurorâ provocandus. Atq; hæc de *Rheumatico affectu* crassâ, quod dicitur, Minervâ conscripta sufficiant. Quibus finimus, & Summo Archiatro gratias dicimus, cui

LAUS, GLORIA, ET HONOS IN SEM-
PITERNA SIT SECULA.



COROLLARIA.

1. **N**on videntur à verò abluere, qui causam diuturnitatis februm quartanarum malignitati humoris atrabilarii, & vitio lienis, vel innato ex pravâ conformatione, & dispositione, vel aliis de causis adventitio, ascribunt.
2. Rabies, ut in cane, & lupo, quid ni etiam spontè excitari poterit in homine? An mania tum appellanda? Illam, ex morfu rabidi canis illatam, ab avo in filios, & nepotes, hereditariò quodam modò, transisse observavimus.
3. Vix credibile est, in Lue Venereâ inveteratâ virulentam omnem materiam posse per alvum educi. Latet enim illa maximè in habitu corporis, qui ptyalismo, per inunctionem, vel per suffimationem Mercurialem, provocato, commodiùs hîc evacuetur. Non tamen errant, qui exterius inungunt, vel suffimigiis utuntur; interius verò catharticum, cui Mercurius, qui pravis humoribus educendis viam monstret, admixtus est, exhibent. An hinc pillularum illarum Mercurialium catharticarum Pharmacopaei Parisiensis, quarum descriptionem is secretissimam habet, usus Lutetiae Parisiorum, cum ad preservationem in luis dictae suspitione, tum in curatione ad evacuandas reliquias, frequentissimus & efficacissimus?
4. In partibus sugillatis, praesertim in contusionibus oculorum, praemis, quae inflammationem & tumorem arceant, radix sigilli B. Mariae vel sola imposita sanguinem concretum mirificè dissolvit, ut intra paucas horas rubedo evanescat. Cujus experimenti, à Chirurgo quodam Parisiensi in usum vocati, felicissimum in Amico videre successum gavisi sumus.
5. Pulvis pampinorum potus, & in nares missus in haemorrhagiâ narium mira praestitit.
6. In medullâ cardui fullonum ortus alius carduus verè omnium dicendus est praestantissimus, si, quod de eo refertur in Quartanâ praebet remedium.
7. An in Paralyfi sint ex usu sudorifera, valde dubitatur.
8. Rectè dicitur, multitudinem medicamentorum matrem esse ignorantiae Medicorum, optimus ille Medicus, qui paucis utitur, sed probatis, selectis & tempestivè adhibitis.



ULB Halle


3


005 132 606



V017







1649, 2

2/1

M. A.
MEDICA
RALIS,
ATICO
CTU,
*Medici in Universitate
oritate,*
DE
O
, Exeprientissimo, &
simo
D F R E D O
P. P. famigeratissimo,
Archi-Episcopali Magde-
minentissimo,
otore suo observando,
us & Privilegiis Do-
I B U S,
torum examini subjicit
U S B U N C K E
GENSIS.
embr.
consuetis.
Æ
S E N G E N W A L D U S
D C. IL.

